Para el Sr. Arzobispo Mosquera.

ALOCUCION

DE

SU SANTIDAD EL PAPA

PIO IX

SOBRE

LOS NEGOCIOS ECLESIASTICOS

EN LA

NUEVA GRANADA.



REIMPRESA I TRADUCIDA

EN

BOGOTA.

IMPRENTA DE FRANCISCO TORRES AMAYA, POR CARLOS LOPEZ.
CARRERA DEL NORTE CALLE 6.ª NUMERO 251.

ADVERTENCIA.

Las *Alocuciones* que, por antigua costumbre, suelen dirijir los Papas al Colejio de Cardenales reunidos en Consistorio, no son otra cosa que la exposicion de principios, ó la relacion de hechos de alta importancia católica sobre los cuales pronuncia su fallo la Santa Sede. Bajo otro aspecto pueden mirarse como una declaracion ó protesta solemne dirijida al orbe católico contra los agravios irrogados á la Iglesia, en cuyo caso se circulan i publican en los periódicos de la cristiandad, como ha sucedido en el presente.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ IX

ALLOCUTIO

habita in consistorio secreto die XXVII septembris anno MDCCCLII.

Venerabiles Fratres.

Acerbissimum Vobiscum, Venerabiles Fratres, hodie communicamus dolorem, quo jamdiu intime premimur ob maxima, et nunquam satis lugenda damna, quibus plures ab hinc annos Catholica Ecclesia in Neogranatensi Republica miserandum in modum affligitur, atque vexatur. Quod nunquam fore putavissemus, cum omnes noscant, quibus præcipuæ benevolentiæ significationibus hæc Apostolica Sedes illam Rempublicam fuerit prosequuta, et qua alacritate felicis recordationis Gregorius XVI Prædecessor Noster ad religionis, et spirituale illius gentis bonum omni studio procurandum, atque ad mutuæ amicitiæ vincula magis magisque obstringenda Rempublicam ipsam præ aliis omnibus Americæ regionibus non modo primum recognoverit, sed etiam Apostolicam Nunciaturam ibi constituerit. Atque eo magis dolemus, quod adhuc irritæ fuere curæ omnes tum ab eodem Prædecessore Nostro, tum a nobis ipsis summa contentione apud illud Gubernium adhibitæ, ut tot catholicæ religioni illata amoverentur damna, ac nefariæ, et injustissimæ de medio tollerentur leges ibi a civili potestate cum maximo fidelium detrimento contra divinam Ecclesiæ institutionem, ejusque veneranda jura, et libertatem, contra supremam hujus Apostolicæ Sedis potestatem, contra sacrorum Antistites, et ecclesiasticos viros latæ, atque sancitæ. Noverat enim idem Decessor Noster, legem ibi mense Aprili anno 1845 fuisse promulgatam, qua inter alia statuitur, ut, vix dum aliqua apud illa

ALOCUCION

DE NUESTRO SANTISIMO PADRE

EL PAPA PIO IX.

pronunciada en el consistorio secreto de 27 de setiembre de 1852.

VENERABLES HERMANOS:

Queremos comunicaros en este dia, venerables hermanos, el acerbo dolor que há mucho tiempo sentimos en el fondo de la alma por los graves i nunca bastante deplorados daños que hace algunos años atormentan i aflijen á la Iglesia Católica en la República de la Nueva Granada. Jamas habríamos podido imajinar cosa semejante despues de los testimonios de benevolencia, bien conocidos de todo el mundo, que esta Silla Apostólica ha prodigado á esa República, i despues que nuestro predecesor Gregorio XVI de feliz memoria, no solamente se apresuró á reconocerla ántes que á las otras Repúblicas de esas rejiones, sino que tambien estableció allí una Nunciatura apostólica a fin de procurar con esmerada solicitud el bien espiritual de ese pueblo i de estrechar mas i mas con la República los vínculos de mutua amistad. Nuestro dolor es tanto mas vivo cuanto que Nos hemos visto frustrados los medios que, con infatigable perseverancia, hemos empleado nuestro predecesor i Nos mismo cerca de ese Gobierno, para que se ponga remedio á los males tan grandes irrogados á la Relijion Católica en ese pais, i para que se abroguen las impías é injustísimas leyes que el poder civil ha promulgado i sancionado allí con gravísimo detrimento de los fieles: leyes contrarias á la divina institucion de la Iglesia, á sus derechos venerables, á su libertad i á la suprema autoridad de esta Silla Apostólica, no ménos que á la autoridad de los sagrados pastores i de las demas personas eclesiásticas.

Desde el mes de abril del año de 1845 se habia promulgado en la Nueva Granada una lei disponiendo, entre

laïcæ potestatis tribunalia accusatio adversus ecclesiasticos viros, ac vel ipsos Episcopos fuisset admissa, non solum Sacerdotes Domini, aliique Clerici, sed etiam Episcopi quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, ab omni sui ministerii exercitio se abstinere, ac proprii muneris partes aliis committere debeant, constitutis quoque carceris, exsilii, et aliis pœnis in eos omnes, qui id agere noluissent. Quapropter ipse Prædecessor Noster, nulla interposita mora, suas eodem anno ad illius Reipublicæ Præsidem misit Litteras, quibus legem illam omni certe reprehensione dignissimam vehementer improbavit, ac simul summopere expostulavit, ut eadem lex statim abrogaretur, et Ecclesiæ jura sarta, tecta haberentur. Nos autem, postquam inscrutabili Dei judicio ad hanc Principis Apostolorum Cathedram evecti totius Ecclesiæ gubernacula tractanda suscepimus, afflictis inibi sanctissimæ nostræ religionis rebus consulere vel maxime cupientes jam inde ab anno 1847 ad ejusdem Neogranatensis Reipublicæ Præsidem scripsimus Litteras. Quibus quidem Litteris significantes, quantopere de illa Dominici gregis parte solliciti et anxii essemus, et quo singulari paternæ Nostræ caritatis studio opportuna vellemus adhibere remedia ad sanandas ibi contritiones Israel, lamentati sumus vehementer deplorandam conditionem, in qua versabatur Ecclesia. Neque prætermisimus iisdem Litteris inter alia summopere conqueri de binis illis præsertim jam conceptis decretis, quorum altero proponebatur, ut, hac Apostolica Sede minime consulta, decimæ tollerentur; altero autem, ut hominibus illuc immigrantibus liceret publicum proprii cujusque cultus exercitium habere. Atque commemorata improbantes decreta etiam atque etiam efflagitavimus, ut nullum unquam obtinerent exitum, et Ecclesia suis omnibus juribus, ac plena frueretur libertate.

Ea porro spe nitebamur, fore ut Neogranatense Gubernium has Nostras voces, monita, expostulationes, querelas, quæ ex amantissimi æque ac afflictissimi communis omnium fidelium Patris corde erumpebant, pronis vellet auribus excipere. Verum incredibili animi Nostri dolore Vobis nunciare cogimur, hostiles violentosque in

otras prescripciones, que cuando los tribunales legos admitan una acusacion dirijida contra personas eclesiásticas, estas personas i no solamente los sacerdotes i demas clérigos, sino hasta los mismos Obispos establecidos por el Espíritu Santo para rejir la Iglesia de Dios, deben inmediatamente abstenerse del ejercicio de su ministerio i encomendarlo á otros, conminando con cárcel, destierros i otras penas á todo el que rehuse someterse á semejantes prescripciones. Luego que nuestro predecesor tuvo conocimiento de esto, dirijió una carta al Presidente de aquella República, representándole enérjicamente cuan digna de reprobacion era semejante lei, i solicítando con instancia su abrogacion, i que los derechos de la Iglesia quedasen en toda su integridad. Nos, elevado por el inescrutable juicio de Dios, á esta cátedra del Príncipe de los Apóstoles, apénas tomamos el timon de la Iglesia Universal, nos sentimos inflamado sdel deseo de proveer á la situacion angustiada de nuestra santa relijion en ese pais, i con este fin, Nos dirijimos en 1847 cartas al Presidente de aquella República, espresándole por una parte todo el ardor de nuestra ansiosa solicitud por esa porcion del rebaño de Jesucristo, i la caridad paternal con que queriamos aplicar á las llagas de Israel los remedios propios para curarlas; deplorando por otra parte la miserable situacion á que se veia reducida esa Iglesia. Nos reclamamos ademas enérjicamente contra dos proyectos de lei, el primero de los cuales abolia los diezmos sin consultar con la Santa Sede, i el segundo garantizaba á los hombres de cualquiera nacion que inmígren en la Nueva Granada, el ejercicio público de su culto, sea cual fuere. Al reprobar estos proyectos solicitamos con el mas fuerte empeño, que jamas fuesen puestos en ejecucion para que la Iglesia pudiese usar de todos sus derechos i gozar de su plena libertad.

Nos, nos consolábamos con la esperanza de que el Gobierno de la Nueva Granada acojeria estas palabras, estas advertencias, estas peticiones, estas quejas nacidas del corazon tan amante como aflijido del Padre comun de los fieles. Pero con grande dolor de nuestro ánimo nos vemos obligados á anunciaros hoi, que los violentos i hostiles ataques á la Iglesia de Cristo se multiplican cada dia mas en

Christi Ecclesiam impetus quotidie magis, ac duobus præsertim ab hinc annis adeo esse factos, ut nova, et gravissima Ecclesiæ ipsi per laicam potestatem indesinenter inflicta sint vulnera. Etenim, Venerabiles Fratres, non solum injustissimæ illæ leges, de quibus dolenter locuti sumus, minime sublatæ fuerunt, verum etiam aliæ ab utroque illius Gubernii Consilio legibus ferendis præposito sunt conditæ, quibus sanctissima Ecclesiæ, et hujus Sanctæ Sedis jura majorem in modum violantur, oppugnantur, et proculcantur. Namque inter alia jam inde a mense Maio superioris anni lex prodiit contra Religiosas Familias, quæ pie institutæ, recteque administratæ magno christianæ, et civili reipublicæ usui et ornamento esse solent. Ea enim lege confirmatur expulsio Religiosæ Societatis Jesu Familiæ, quæ illuc primum arcessita, ac tantopere exoptata de re catholica, et civili illic optime merebatur; atque eadem lege vetatur, ne ulla in Neogranatensis Reipublicæ territorio Societas institui possit, quæ *pasivæ*, ut dicunt, obedientiæ vinculo potissimum obstringatur. Insuper eadem lege iis omnibus promittitur auxilium, qui a suscepto religiosæ vitæ instituto deficere, ac solemnia vota frangere velint, ac Venerabili Fratri Emmanueli illius ecclesiasticæ provinciæ Archiepiscopo vigilantissimo, viro summis Nostris et hujus Apostolicæ Sedis præconiis decorando, interdicitur exercere facultatem ei ab hac Apostolica Sede jam inde ab anno 1835 tributam, visitandi scilicet Religiosas illius regionis Familias et regularem restituendi disciplinam. Eodem subinde mense et anno alia sancita lex est, qua Ecclesiasticum Forum de medio omnino tollitur, ac declaratur, causas omnes ad idem forum pertinentes, ac vel ipsas tum Archiepiscopi, tum Episcoporum causas sive civiles sive criminales ante laicalia tribunalia ab illius Reipublicæ Magistratibus in posterum esse judicandas. Postmodum, die nempe vigesima septima ejusdem mensis Maii anno 1851, de Parrochis nominandis promulgata lex est qua Nationalia Consilia mentitum falsumque jus designandi Parrochos a Præside illius Reipublicæ ad quemdam excogitatum Parrochialem Conventum, quem *Cabildo parroquial* appellant, ex cujusque Parœciæ pa-

aquel pais, i que principalmente de dos años á esta parte, la potestad lega no ha cesado de hacer á la Iglesia nuevas i profundas heridas. No solamente las leyes injustísimas de que con dolor Nos acabamos de hablar, no han sido abrogadas, sino que las dos Asambleas lejislativas de ese Gobierno han expedido otras que manifiestamente violan, atacan, i conculcan los mas sagrados derechos de la Iglesia i de esta Silla Apostólica. Entre otras, se promulgó en el mes de mayo del año último, una lei contra las órdenes relijiosas que, santamente constituídas i prudentemente gobernadas, hacen tan importantes servicios i dan tanto lustre así á la sociedad civil, como á la sociedad cristiana: Esta lei confirma la expulsion de la Compañia de Jesus, familia relijiosa que, despues de haber sido deseada por largo tiempo, fué al fin llamada á aquel pais, para el cual era de tanta utilidad bajo el doble respecto del interes social i del interes católico. La misma lei prohibe establecer en el territorio de la República ninguna órden relijiosa que profese, como en ella se dice, la *obediencia pasiva*, prometiendo, ademas, prestar auxilio á todos los que quieran abandonar la vida relijiosa que han abrazado, rompiendo los votos solemnes: por último, ella prohibe al vijilante Arzobispo de esa provincia eclesiástica, nuestro venerable hermano Manuel, varon dignísimo de los mas altos encomios de Nos i de esta Sede Apostólica, le prohibe decimos, ejercer la facultad que la Santa Sede le concedió en 1835 de visitar las familias relijiosas para restituir á su vigor la disciplina regular.

En el mismo mes de mayo de 1851 se promulgó otra lei por la cual se abolió enteramente el fuero eclesiástico, de suerte que todas las causas civiles i criminales que son de su resorte, i aun hasta las que conciernen á los Arzobispos i Obispos, deberán en lo sucesivo ser juzgadas por los tribunales legos i por los majistrados de la República. A los pocos dias, esto es, el 27 de mayo de 1851, se promulgó una lei sobre nombramiento de curas, en virtud de la cual las Asambleas nacionales transfieren el derecho falsoi desnudo de todo fundamento, de nombrar los curas, del Presidente de la República á ciertas Asambleas parroquiales, que llaman *Cabildo parroquial*, i que se forman

tribus familias præsertim comparatum transferunt, ut, cum aliqua Parœcia suo fuerit Parrocho orbata, ille Conventus novum Parrochum nominare queat. Aliquibus insuper ejusdem legis articulis prohibentur sacrorum Antistites ullum seu sacræ visitationis, seu alio quocumque jure percipere emolumentum; atque eidem Parrochiali Conventui tribuitur protestas pro suo arbitrio statuendi, et immutandi tam Parrochorum reditus, quam impendia sacris functionibus necessaria; et alia statuuntur, quibus ecclesiasticæ proprietatis jura violantur ac delentur. Post hæc, die primo mensis Junii ejusdem anni 1851 alia sancita est lex, qua vetatur, ne Canonicales Cathedralium Ecclesiarum Præbendæ conferantur, nisi postquam a majore Provincialium cujusque Diœcesis Consiliorum parte id pro eorum arbitrio fuerit statutum. Aliæ deinde promulgatæ sunt leges, quibus et omnibus data est facultas se liberandi ab onere solvendi census, qui potissimam ecclesiasticorum redituum partem constituunt, soluta dimidia pretii parte Gubernio, et Archiepiscopalis Seminarii Sanctæ Fidei de Bogotá bona Nationali Collegio adjudicata, ac suprema in idem Seminarium inspectio laicæ potestati attributa. Neque silentio prætereundum, per novam illius Reipublicæ Constitutionem postremis hisce temporibus sancitam inter alia jus quoque liberæ institutionis defendi, et omnimodam omnibus tribui libertatem, ut quisque suas cogitationes, ac monstrosa quæque opinionum portenta typis quoque in vulgus edere, et privatim publiceque quemlibet cultum profitere valeat.

Videtis profecto, Venerabiles Fratres, quam teterrimum ac sacrilegum bellum Catholicæ Ecclesiæ a Neogranatensis Reipublicæ Moderatoribus sit indictum, et quæ quantæque injuriæ eidem Ecclesiæ, ejusque sacris juribus, Pastoribus, Ministris, ac supremæ Nostræ, et Sanctæ hujus Sedis auctoritati fuerint illatæ. Cum autem enunciatæ leges jam inde ab eodem anno 1851 executioni fuerint mandatæ, jam tum sacrorum Antistites, et

especialmente con los padres de familia de cada parroquia, para que cuando esta carezca de cura, la Asamblea pueda nombrarlo. Otros artículos de esta lei prohiben á los santos pastores recibir por ningun título toda especie de emolumento i atribuyen á la Asamblea parroquial el derecho de fijar arbitrariamente, de aumentar i disminuir tanto las rentas de los curas, como los gastos relativos alculto; agregándose á estas disposiciones otras con las cuales se violan i destruyen igualmente los derechos de la propiedad eclesiástica.

Otra lei sancionada en 1.° de junio de 1851, prohibe conferir las prebendas de las iglesias catedrales, hasta que las mayorías de las Cámaras provinciales de las respectivas diócesis consientan en ello. Otras leyes se expidieron dando á todos facultad de libertarse de la obligacion de pagar los censos que forman la mayor parte de las rentas eclesiásticas, con solo pagar al Gobierno la mitad del capital. Además los bienes del Seminario Arquiepiscopal de Santafé de Bogotá, han sido adjudicados al Colejio nacional, i hasta la suprema inspeccion sobre el mismo Seminario, ha sido atribuida al poder lego. No debemos pasar en silencio que la nueva Constitucion de esa República sancionada en estos últimos tiempos, reconoce, entre otros derechos, el de libre instruccion, i concede á todos plena i entera libertad de publicar los pensamientos i hasta las opiniones mas monstruosas, al mismo tiempo que la libertad para profesar en público ó privado el culto que se quiera (a).

Ya veis, venerables hermanos, cuan terrible i sacrílega es la guerra que hacen á la Iglesia Católica los que dirijen los negocios públicos en la Nueva Granada, i cuales i cuantas son las injusticias cometidas contra ella, contra sus derechos sagrados, contra sus Pastores, contra sus Ministros, i contra la suprema autoridad Nuestra i de esta Santa Sede. Las leyes de que hemos hablado empezaron á ponerse en ejecucion desde 1851; los Obispos i los ecle-

(a) El Santo Padre se refiere al *Acto lejilativo* de 24 de mayo de 1851, reformatorio de la Constitucion, el cual contiene en su artículo 4.° estas disposiciones.

ecclesiastici viri, qui catholicis sensibus vere animati nefariis illis decretis merito atque optimo jure reclamabant et obsistebant, summo cum fidelium populorum damno crudeliter vexati, et in gravissima quæque adducti fuere discrimina. Siquidem et sacra Episcoporum oppressa auctoritas, et Parrochorum ministerium vinculis constrictum atque irretitum, et optimi divinæ legis præcones in carcerem detrusi, et cujusque gradus Clerici ad egestatem redacti, omnibusque malis et ærumnis obnoxii . Atque in primis Venerabilis Frater Emmanuel Josephus de Mosquera vigilantissimus Sanctæ Fidei de Bogotá Archiepiscopus gravioribus fuit angustiis et laboribus exagitatus, eam scilicet ob causam, quod præstantissimus ille Antistes singulari pietate, doctrina, prudentia, consilio præcellens et apostolico zelo plane incensus pro sui muneris debito contra illas impias leges sapienter fortiterque protestari, ac sæculi licentiæ, et pravis impiorum hominum consiliis invicte resistere, ac Dei et Ecclesiæ causam strenue propugnare nunquam intermisit. Quo autem potissimum prætextu Neogranatense Gubernium uti voluerit ad clarissimum illum divexandum Antistitem, accipite, Venerabiles Fratres. Cum enim in illis regionibus mos invaluerit, ut sexto quoque mense habeantur experimenta ad eorum periclitandam doctrinam, qui vacantibus parrochialibus Ecclesiis sunt præficiendi, Neogranatense Gubernium per legem ibi jamdiu contra Canonicas Sanctiones sancitam sibi temere jus arrogavit non solum cogendi Episcopos ad id sexto quoque mense redeunte peragendum, verum etiam compellendi Metropolitanum, aut viciniorem Antistitem ad idem præstandum si quis Antistes commemorato tempore ejusmodi experimenta minime habuisset. Hujus igitur legis vi ipsum Gubernium anno 1851 eidem clarissimo Sanctæ Fidei de Bogotá Archiepiscopo denuntiare non dubitavit, ut eadem experimenta indiceret. Et quoniam idem Archiepiscopus adversæ valetudinis conflictabatur incommodis, idcirco illius Vicarius generalis Gubernio respondens sui Antistitis nomine injustam hanc petitionem cunctando repellendam esse existimavit, veritus præsertim, ne prædictam de nominandis

siásticos que, animados de sentimientos católicos, han reclamado justamente i con pleno derecho contra estas leyes i rehusado obedecerlas, son objeto de crueles vejaciones i sufren los mas duros contratiempos con gran detrimento de las poblaciones fieles. La sagrada autoridad de los Obispos ha sido oprimida, el ministerio de los curas entrabado i encadenado; muchos excelentes predicadores de la palabra divina han sido encarcelados, i los eclesiásticos de toda clase han quedado reducidos á la mas extrema indijencia sufriendo toda clase de males.

Principalmente nuestro venerable hermano Manuel José de Mosquera, vijilante Arzobispo de Santafé de Bogotá, ha sido mortificado con trabajos i sufrimientos, á causa de que, estando dotado de piedad singular, i poseyendo la doctrina, la prudencia, el espíritu de consejo i el fuego del zelo apostólico, no ha cesado por un instante de protestar con tanta sabiduría i firmeza como lo exijía el deber de su ministerio, contra esas leyes impías, oponiéndose á la licencia del siglo, combatiendo los perversos proyectos de los impíos, i sosteniendo enérjicamente la causa de Dios i de su Iglesia. Ahora, sabed, Venerables hermanos, cual es el pretesto que especialmente hace valer el Gobierno de la Nueva Granada para justificar sus pretensiones contra este ilustre Metropolitano.

Se halla establecida en ese pais la costumbre de abrir sínodos cada seis meses para examinar la doctrina de los que deben ser promovidos á los curatos vacantes. Por una lei contraria á las leyes canónicas, ha mucho tiempo que el Gobierno se ha abrogado temerariamente el derecho no solamente de obligar á los Obispos á que abran estos exámenes cada seis meses, sino tambien de compeler al Arzobispo ú Obispo mas inmediato á llenar esta funcion siempre que un Obispo no la haya desempeñado en la época señalada. En virtud de esta lei, el Gobierno en 1851 intimó al Arzobispo la órden para que convocara á los exámenes. Estando entónces el Prelado gravemente enfermo, su Vicario jeneral respondió en su nombre al Gobierno resistiendo, como creyó de su deber, por medio de dilaciones, tan injusta demanda, siempre con ánimo de manifestar que no aprobaba en lo mas mínimo

Parrochis legem quodammodo ipse probare videretur. Ob hanc itaque rectam, ac prudentem agendi rationem, omni certe laude dignam, ab illo Vicario habitam, idem ad laicalia tribunalia fuit accusatus, a proprii muneris exercitio interdictus, palam publiceque comprehensus, ac deinceps carcere per duos menses, ac per sex captivitati, seu detentioni damnatus, aliisque aflictatus pœnis. Atque in hac re illud vel maxime dolendum, Venerabiles Fratres, quod Vicarius Capitularis vacantis Ecclesiæ Antiochensis, quæ vicinior est Bogotæ, Neogranatensis Gubernii sensibus et consiliis turpiter obsequens, haud timuit Kalendis Martii hujus anni Edictum emittere, quo contra suum Metropolitanum insurgens, et in ejus jurisdictionem invadens de illius Archidiœcesis Parœciis concursus contra Canonicas Sanctiones indixit. Ubi id Nostras pervenit ad aures, nulla interjecta mora, eidem Vicario Capitulari scripsimus Litteras, quibus tantum ejus facinus gravibus severisque, uti par erat, verbis reprehendentes et damnantes, illi mandavimus, ut ab incepto statim desisteret, ne Nos, licet inviti, in ipsum ea cogeremur decernere, quæ Sacrorum Canonum severitas, et Apostolici Nostri ministerii ratio postulabant. Interim vero ipse pientissimus Archiepiscopus suo munere provide sapienterque fungens, continuo Edictum edidit, quo justissime docebat, nullum irritumque esse Edictum ab illo Vicario Capitulari adversus Sacrorum Canonum præscripta promulgatum, ac simul omni jure vetabat, ne quis eidem Edicto suas aures ullo modo præbere unquam vellet. Tum vero illud Deputatorum Consilium in proprium Pastorem magis magisque irruens non dubitavit spectatissimum Archiepiscopum sicut violatarum legum reum accusare, et Neogranatensis Senatus haud veritus est tam injustam et impiam admittere accusationem. Atque ex infanda illa lege, quam, uti ab initio diximus, rec: me: Gregorius XVI. Prædecessor Noster reprobaverat, denunciatum est eidem Archiepiscopo, ut suam jurisdictionem remitteret, eamque alio ecclesiastico

la lei sobre nombramiento de curas de que hemos hablado ántes. Por haber observado esta conducta tan prudente como recta i que es digna de toda alabanza, el Vicario jeneral fué acusado ante los tribunales seculares, suspendido del ejercicio de su empleo, públicamente aprehendido i condenado á dos meses de cárcel, seis de detencion i á otras penas aflictivas. Empero lo que hai mas doloroso en este negocio, es que el Vicario Jeneral Capitular de la Iglesia vacante de Antioquia, la mas inmediata á Bogotá, obedeciendo vergonzosamente las intimaciones del Gobierno de la Nueva Granada, no temió en marzo de ese año, publicar un edicto por el cual rebelándose contra su propio Metropolitano é invadiendo su jurisdiccion, á despecho de las prescripciones canónicas, convocaba á concurso para las parroquias del Arzobispado. Luego que llegó á nuestros oidos esta noticia, i sin la menor demora, Nos dirijimos á ese Vicario Capitular una carta reprendiendo i condenando severamente tan enorme crímen, i mandándole, como era de nuestro deber, que desistiera inmediatamente de su atentado i previniéndole que si no obedecia, nos veriamos obligados con sumo pesar nuestro, á tomar las medidas que, en semejantes circunstancias, exijen la severidad de los sagrados cánones i la dignidad de nuestro cargo apostólico. Entretanto el relijioso Arzobispo llenando por su parte con prudencia i sabiduría los deberes de su ministerio, promulgó un edicto por el cual con toda justicia declaraba nulo i sin fuerza el acto promulgado por el Vicario Capitular contra las prescripciones de los santos cánones, prohibiendo al mismo tiempo, conforme á derecho, que se prestára obediencia á semejante acto.

Entónces subiendo de punto el encono de la Cámara de Diputados, no temió acusar á ese ilustre Arzobispo como reo por la violacion de las leyes, i el Senado de la Nueva Granada por su parte no temió tampoco admitir esta acusacion inícua é impía. A causa de esto i en virtud de la abominable lei que hemos dicho fué condenada por nuestro predecesor Gregorio XVI de feliz memoria, se notificó al Arzobispo la órden para que, renunciando su propia jurisdiccion, la resignara en manos de otro ecle-

viro deferret. Hac tam iniqua denuntiatione accepta, ille religiosissimus doctissimusque Antistes, egregius ac strenuus rei catholicæ et Ecclesiæ jurium propugnator, paratus aspera quæque propter justitiam pati, sapientissimum verissimumque dedit responsum, quo invicta episcopalis sui animi fortitudine clare aperteque declaravit, se nunquam posse eam dimitere potestatem, quam sibi unice a Deo, atque ab hac Apostolica Sede collatam esse probe noscebat. Hinc Neogranatense Gubernium haud extimuit, maximo cum omnium bonorum luctu et indignatione, non solum Archiepiscopalis mensæ reditus sequestro ponere, verum etiam proprium Archiepiscopum de illa Archidioecesi summopere meritum, ac tot sane nominibus illustrem pellere in exsilium. Qui quidem Antistes gravissimo deinde morbo correptus, cum e Neogranatensis Reipublicæ territorio protinus decedere haud potuerit, in quamdam villam, quæ a Bogotensi civitate iter duorum dierum distat, se recipere est coactus. Cum autem inter plurimos spectatissimos viros Minister quoque inclytæ exteræ Nationis ibi commorans tam indigna re commotus sua officia apud illud Gubernium interponenda curaverit, visum est Gubernium idem propendere ad id dumtaxat permittendum, ut scilicet ipse Archiepiscopus exularet, statim ac iter aggredi posset. Neque id satis. Hisce namque diebus tristissimi venerunt nuntii, ex quibus pari animi Nostri amaritudine accepimus, Venerabilem Fratrem Episcopum de Cartagena, ac Dilectum Filium Vicarium Capitularem Diœcesis S. Marthæ, similem de parœciarum concursu denuntiationem ab illo accepisse Gubernio, eisque ipsissima ingruere discrimina, proptereaquod summa cum eorum nominis laude denuntiationem ipsam respuere non dubitarunt. Perlatum quoque ad Nos est, ea ipsa de causa eamdem Venerabili Fratri Episcopo Neo-Pampilonensi impendere procellam, cum ipse etiam paratus sit ad sui muneris partes splendide obeundas, et ad Ecclesiæ jura fortiter constanterque tuenda. Atque ejusmodi vexationibus, injuriis, contumeliis subjecti quoque fuere alii illius Reipublicæ lectissimi ecclesiastici viri, ac

siástico. Este Prelado tan distinguido por la piedad como por la doctrina, defensor acérrimo de los interéses católicos i de los derechos de la Iglesia, se mostró dispuesto á padecerlo todo por la justicia. A la notificacion que se le hizo dió una respuesta llena de verdad i de sabiduría i que revela la firmeza verdaderamente episcopal de su alma, manifestando que no podia en manera alguna renunciar á una autoridad que únicamente habia recibido de Dios i de la Silla Apostólica. Entónces con sumo dolor é indignacion de todos los buenos, el Gobierno no solo ocupó las temporalidades Arquiepiscopales, sino que tambien condenó á destierro á su propio Arzobispo, ilustre por tantos títulos i que tanto habia merecido de su rebaño. No permitiéndole una grave enfermedad dejar inmediatamente el territorio granadino, se vió obligado á retirarse á un lugar distante dos jornadas de Bogotá. Muchos personajes distinguidos í entre ellos el Representante de una ilustre nacion estranjera, compadecidos de tan indigno tratamiento, interpusieron sus buenos oficios para con el Gobierno; empero lo único que pudieron conseguir fué que no se obligara al Prelado á salir para su destierro hasta que estuviera en situacion de soportar las fatigas del viaje.

No ha sido esto todo. En estos últimos dias hemos sabido con grande amargura, que nuestro venerable hermano, el Obispo de Cartajena i nuestro, amado hijo el Vicario Jeneral Capitular de la diócesis de Santa Marta, habian recibido del Gobierno con motivo de los concursos para los curatos, una intimacion en todo igual á la que anteriormente se le habia hecho al Arzobispo; i habiendo ámbos resistido estas pretensiones con una firmeza digna de las mayores alabanzas, están amenazados de sufrir los mismos tratamientos. Sabemos tambien que una borrasca semejante amenaza á nuestro venerable hermano el Obispo de la Nueva Pamplona, quien está pronto á llenar enérjicamente los deberes de su ministerio, i á defender con incontrastable firmeza los derechos de la Santa Iglesia. A las mismas vejaciones, insultos i ultrajes estuvieron sometidos otros eclesiásticos distinguidos de la República, así como tambien lo ha estado el

vel ipse Noster et hujus S. Sedis Legatus. Etenim semel atque iterum in illis Consiliis inter maxima et horrenda cujusque generis contra Christi hic in terris Vicarium, et hanc Apostolicam Sedem convicia propositio facta fuit dimittendi eumdem Nostrum Legatum, qui ea, qua par erat, prudentia et fortitudine Nostro nomine tot nefariis et sacrilegis ausis reclamare non prætermisit. Omittimus autem hic commemorare novas alias leges a nonnullis e Deputatorum Consilio propositas, quæ irreformabili Catholicæ Ecclesiæ doctrinæ, ejusque sanctissimis juribus omnino adversantur. Itaque nihil dicimus de illis conceptis decretis, quibus proponebatur, ut Ecclesia nempe a Statu sejungeretur, ut Regularium Ordinum, piorumque Legatorum bona oneri mutuum dandi omnino subjicerentur, ut omnes abrogarentur leges, quæ ad Religiosarum Familiarum statum tutandum, earumque jura et officia tuenda pertinent, ut civili auctoritati tribueretur jus erigendi et circumscribendi Diœceses, et Canonicorum Collegia, ut ecclesiastica iis conferretur jurisdictio, qui a Gubernio nominati fuissent. Nihil dicimus de alio illo decreto, quo Matrimonii Sacramenti mysterio, dignitate, sanctitate omnino despecta, ejusque institutione et natura prorsus ignorata, et eversa, atque Ecclesiæ in Sacramentum idem potestate penitus spreta, proponebatur juxta jam damnatos hæreticorum errores, atque adversus Catholicæ Ecclesiæ doctrinam, ut matrimonium tamquam civilis tantum contractus haberetur, et in variis casibus divortium proprie dictum sanciretur, omnesque matrimoniales causæ ad laica deferrentur tribunalia, et ab illis judicarentur; cum nemo ex Catholicis ignoret, aut ignorare possit, matrimonium esse vere et proprie unum ex septem Evangelicæ legis Sacramentis a Christo Domino institutum, ac propterea inter fideles matrimonium dari non posse, quin uno eodemque tempore sit Sacramentum, atque idcirco quamlibet aliam inter Christianos viri et mulieris, præter Sacramentum,

Legado Nuestro i de la Santa Sede. Diversas veces en las asambleas deliberantes, en medio de los ultrajes mas escandalosos i horribles contra el Vicario de Jesucristo en la tierra i contra la Silla Apostólica, se ha discutido la proposicion de despedirlo, porque con tanta prudencia como firmeza no ha prescindido de reclamar en nuestro nombre contra estos atentados sacrílegos i abominables.

Omitímos hablar aquí de varias nuevas leyes propuestas á la Cámara de Diputados por algunos de sus miembros, que son enteramente contrarias á la doctrina inmutable de la Iglesia Católica i á sus sagrados derechos. Por tanto nada decimos de las proposiciones hechas para que la Iglesia sea separada del Estado; para que los bienes de las Ordenes Regulares, i los procedentes de legados pios se graven con empréstitos forzosos; para que se abroguen las leyes que aseguran la existencia de las familias relijiosas i garantizan sus derechos i sus oficios; para que se atribuya á la autoridad civil el derecho de erijir diócesis i capítulos de canónigos, determinando los límites de ellas; para que la jurisdiccion eclesiástica se confiera á todos los que hayan sido nombrados por el Gobierno. Tampoco diremos nada de otro decreto por el cual despreciando completamente la dignidad, la santidad, i el misterio del Sacramento del Matrimonio, i desvirtuando con crasa ignorancia su institucion i naturaleza con menosprecio de la potestad que pertenece á la Iglesia sobre los Sacramentos, se proponia, siguiendo las opiniones de los herejes ya condenadas i sin hacer caso de la doctrina de la Iglesia Católica, que no se tuviera el matrimonio sino como un contrato civil, sancionando en diversos casos el divorcio propiamente dicho, i sometiendo por último todas las causas matrimoniales al conocimiento i jurisdiccion de los tribunales legos. No hai entre los católicos quien pueda ignorar que el matrimonio es verdadera i propiamente uno de los siete Sacramentos de la lei evanjélica instituidos por N. S. Jesucristo; por lo cual no puede darse entre los fieles matrimonio que no sea al mismo tiempo un Sacramento: que entre cristianos la union del hombre i la mujer fuera del Sacramento, cualesquiera que sean las

conjunctionem cujuscumque etiam civilis legis vi factam nihil aliud esse nisi turpem, atque exitialem Concubinatum ab Ecclesia tantopere damnatum, ac proinde a conjugali fœdere Sacramentum separari numquam posse, et omnino spectare ad Ecclesiæ potestatem ea omnia decernere, quæ ad idem Matrimonium quovis modo possunt pertinere. Atque hæc omnia omittimus, propterea quod etiamsi hæ leges ab aliquibus e Deputatorum Consilio fuere propositæ; tamen plerique Deputati, ac Senatores, Deo bene juvante, eas leges rejiciendas esse decrevere, et horruerunt tot jam gravibus inflictis Ecclesiæ vulneribus alia nova imponere vulnera.

In tanta autem acerbitate Nos recreat singularis tum Bogotensis Archiepiscopi, tum aliorum illius Reipublicæ Antistitum religio, pietas, ac sacerdotalis fortitudo et constantia. Ipsi enim probe memores loci, quem tenent, dignitatis, qua insigniti sunt, sacramenti, quo in solemni inauguratione se obstrinxerunt, illustribus Archiepiscopi vestigiis insistentes, maxima cum eorum laude haud intermiserunt episcopalem tollere vocem contra tot illatas Ecclesiæ injurias, ac promptissimi sunt pro ipsius Ecclesiæ defensione ad omnia subeunda pericula. Neque parum Nos quoque reficit egregia Neogranatensium populorum virtus, pietas, qui longe maxima ex parte summopere dolentes, et indignantes tam iniqua ac tristia contra eorum religionem et Antistites facta, nihil antiquius habent, quam publicis luculentisque testimoniis ostendere, sibi maxime cordi esse et catholicam profiteri religionem, et suos Antistites summa observantia et amore prosequi, ac Nobis, et huic Apostolicæ Sedi catholicæ veritatis et unitatis centro firmiter adhærere.

Jam porro, Venerabiles Fratres, vix dum Nobis innotuit, tam prava, et nunquam satis improbanda consilia in Neogranatensi Republica contra Ecclesiam, ejusque sacra jura, bona, Pastores, Ministros suscepta, ac perfecta

formalidades civiles i legales que se establezcan, no puede ser otra cosa que ese concubinato vergonzoso i funesto que tantas veces ha condenado la Iglesia. De aquí se deduce evidentemente que el Sacramento no puede separarse del órden conyugal i que á la potestad de la Iglesia pertenece exclusivamente arreglar todo lo que por cualquiera título concierne al matrimonio. Pero como Nos acabamos de declararlo, omitímos todo esto porque esas leyes, aunque propuestas por algunos diputados, han sido rechazadas por la mayoría de la Cámara i de los Senadores, quienes por efecto de la bondad divina se horrorizaron de añadir nuevas llagas á las que ya despedazan á la Iglesia.

En medio de tanta amargura nos consuela la relijion, la piedad, la firmeza i la constancia sacerdotal del Arzobispo de Bogotá i de los demas Prelados de esa República. Estos, teniendo presente el rango que ocupan, la dignidad de que están revestidos, el solemne juramento que prestaron el dia de su consagracion, i siguiendo las huellas de su Metropolitano, no han cesado de levantar con laudable teson su voz episcopal contra los ultrajes hechos á la Iglesia i están prontos á correr toda clase de peligros para defenderla. Ni es menor el motivo de consuelo que encontramos en la virtud i piedad insignes de los pueblos de la Nueva Granada, cuya mayor parte ha dado testimonio de los sentimientos del dolor i de la indignacion que le han causado tantos i tan horribles atentados cometidos contra la Relijion i contra sus pastores, testimonios que, dados de una manera pública i espléndida, manifiestan que aprecian en su corazon mas que todas las cosas, la profesion de la Fé Católica, que tienen por sus Obispos tanto respeto como amor, i que están firmemente unidos á Nos i á esta Silla Apostólica, centro de la verdad i de la unidad católica.

Ahora, Venerables hermanos, desde que llegaron á nuestra noticia las inicuas i nunca bastantemente reprobadas disposiciones concebidas i ejecutadas por el Gobierno de la República de la Nueva Granada contra la Iglesia, contra sus sagrados derechos, sus bienes, sus

fuisse, nunquam destitimus per Nostrum Cardinalem a publicis Nostris Negotiis apud illud Gubernium iteratis expostulationibus reclamare, et conqueri adversus tot gravissimas eidem Ecclesiæ, et huic Apostolicæ Sedi illatas injurias. Attamen, dolentes et inviti dicimus, nihil Nostræ voces, clamores, et questus profecerunt, nihil illorum Antistitum querelæ valuere, qui proprii ministerii munere in exemplum fungentes, Nostrisque paternis Litteris confirmati haud omiserunt opponere murum pro Domo Israel. Itaque ut fideles illic degentes sciant, et universus orbis agnoscat quam vehementer a Nobis improbentur ea omnia, quæ ab illius Reipublicæ Moderatoribus contra Religionem, Ecclesiam ejusque leges, Pastores, Ministros, et contra hujus Beati Petri Cathedræ jura et auctoritatem gesta sunt, pastoralem Nostram in amplissimo Vestro Consessu vocem apostolica libertate attollentes prædicta omnia decreta, quæ ibi a civili potestate tanto cum Ecclesiasticæ auctoritatis, et hujus S. Sedis contemptu, ac tanta cum Religionis, et sacrorum Antistitum jactura, ac detrimento sancita sunt, improbamus, damnamus, et irrita prorsus ac nulla declaramus. Præterea eos omnes, quorum opera et jussu illa edita sunt, gravissime monemus, ut serio reputent pœnas et censuras, quæ adversus sacrarum personarum, et rerum, atque ecclesiasticæ potestatis et libertatis violatores, profanatores, et Ecclesiæ, atque hujus Apostolicæ Sedis jurium usurpatores ab Apostolicis Constitutionibus, sacrisque Conciliorum canonibus sunt constitutæ.

Utinam vero Nostris hisce vocibus, monitis, querelis tandem aliquando illi ipsi dociles præbeant aures, quorum

Pastores i sus Ministros, Nos no hemos cesado de reclamar por conducto del Cardenal nuestro Secretario de Estado, cerca de ese Gobierno, dirijiéndole reiteradas quejas por las graves injurias hechas á la Iglesia i á esta Silla Apostólica. Pero, Nos, lo decimos con dolor, nuestras palabras, nuestras reclamaciones, nuestras quejas no han tenido resultado alguno; tampoco lo han tenido las de los Obispos, quienes fortalecidos con nuestras cartas (b) i cumpliendo con el deber de su ministerio de servir de ejemplo á los demas, no han omitido oponerse como un muro para la casa de Israel. Por tanto, para que sepan los fieles de esa República i conozca el mundo entero cuán vehementemente improbamos Nos todas estas cosas ejecutadas por los gobernantes de la Nueva Granada contra la Relijion, contra la Iglesia i sus leyes, contra los Prelados i los Ministros católicos, contra los derechos i autoridad de esta Cátedra del Bienaventurado Pedro; levantamos hoi nuestra voz pastoral con libertad apostólica en vuestra plena asamblea, Venerables hermanos, para reprobar, condenar i declarar írritas i completamente nulas las leyes arriba mencionadas, que se han promulgado allí por la Potestad civil con tanto menosprecio de la Autoridad eclesiástica i de esta Santa Sede, con tanto menoscabo i detrimento de la Relijion i de sus sagrados Pastores. Ademas, Nos, amonestamos seriamente á todos aquellos que de cualquiera manera han contribuido á todos estos hechos bien con sus áctos, bien con sus mandatos, para que reflexionen sériamente sobre las penas i censuras que las constituciones apostólicas i los Sagrados Cánones de los Concilios pronuncian contra los profanadores de las cosas i de las personas sagradas, contra los violadores de la Potestad i libertad eclesiástica, i contra los usurpadores de los derechos de la Iglesia i de esta Sede Apostólica.

¡Plegue á Dios que los autores de tantos males bajo cuyo peso jime oprimida esa Iglesia, presten al fin oidos dóciles á nuestras palabras, á nuestras amonestaciones i á

——

(b). En los números 46 i 64 de «El Catolicismo» están publicadas estas cartas de Su Santidad.

opera tot tantisque malis oppressa ingemiscit Ecclesia; utinam hujus moestissimæ et amantissimæ Matris aspectu commoti illam salutifera pœnitentia consolari, ejusque gravissima vulnera lacrimis abstergere, ac damna statim reparare properent, atque ita haud exspectare et experiri velint, quam iratus judex Deus in illos exsurgat, qui suam Ecclesiam polluere, violare, et affligere audent. Nos autem, Venerabiles Fratres, nunquam intermittamus dies noctesque clementissimum misericordiarum Patrem et Deum totius consolationis assiduis fervidisque precibus orare, et obsecrare, ut divina sua gratia omnes errantes ad veritatis, justitiæ, et salutis semitas reducere velit, ac simul omnipotenti sua virtute efficiat, ut Ecclesia sua sancta tum ibi, tum alibi nefariis impiorum hominum consiliis tam vehementer afflicta ac divexata ponat luctum, squallorem abjiciat, et induat vestes jucunditatis suæ, atque a solis ortu usque ad occasum splendidioribus in dies augeatur et exornetur triumphis.

nuestras quejas! ¡Plegue á Dios que conmovidos á la vista de esta Madre tan llena de amargura como de amor, se resuelvan á consolarla con una penitencia saludable derramando sobre sus heridas el bálsamo de sus lágrimas! ¡Plegue á Dios que se apresuren á reparar los males ántes de esperimentar el rigor que Dios muestra cuando juzga airado á los que tienen el atrevimiento de manchar, violar i perseguir su Iglesia! I Nos no cesamos ni de dia ni de noche, de clamar i pedir con asiduas preces i fervorosas oraciones al Padre clementísimo de las misericordias i Dios de todo consuelo, para que se digne reducir con su gracia á las sendas de la justicia i de la salvacion, á los que de ellas se han extraviado, é igualmente para que en virtud de su Omnipotencia, haga que su Santa Iglesia tan violentamente atacada, tan cruelmente aflijida tanto allí como en otros paises por los detestables manejos de los impios, enjugue sus lágrimas, deje los vestidos de luto i tome los de regocijo, i de dia en dia vea aumentar su hermosura i su vigor con mas espléndidos triunfos desde el Oriente hasta el Ocaso.

NOTA.—El texto latino que aqui se publica se ha copiado de *L' Univers*, diario católico de Paris, i conforme á el se ha hecho la traduccion española. *The Tablet* periódico católito de Dublin, anuncia tambien la misma *Alocusion* que debe haber sido reproducida ya en todos los idiomas por los diversos periódicos de las nacíones cristianas. En el número 72 dc *El Catolicismo* se ha publicado tambien el dia 1.° del corriente mes.

Bogotá 5 de Enero de 1853.

Helguera Collection

PAMPHLETS

Numbe:: ~~PF.~~ 008 P:0086

Author: Pius IX

Title: Alocución de su santidad el papa Pío IX sobre los negocios eclesiásticos en la Nueva Granada.

Place of Publication: Bogotá

Publisher: Imprenta de Francisco Torres Amaya, por Carlos López. Carrera del Norte Calle 6ª, Número 251.

Date: 1853

Dimensions: 15 3/4 x 10½ cms.; 3-25 pp.

Condition: Almost new. Fine.

Remarks: A translation into Spanish of the speech given by Pope Pius IX in the secret consistory, the Vatican, 27 Sept 1852, regarding hostile measures taken sgsainst the CHurch in New Granada by the Liberal regime. The Latin original is also given.